

XII

791

diligentissime inquiras: mittasq; ad me: etiã atq; etiam abs te peto. Habet ite a me eiusmodi Hippocratis libros Matthæus perusinus uir & doctus & disertus: qui patauij medicinã docet. Illos uelim meo nomine a Matthæo repeti cures: quos item cū habueris: stude: ut domū repetāt. Nã iã multos annos peregrinant. Vale una cū filijs uniuersaq; familia. Meq; ut facis: ama. Ex Mediolano. iij. idus Maias. Franciscus Philelfus Matthæo perusino philoso pbo ac medico sal.

p Eto abs te maiorē in modū: ut duos illos meos Hippocratis libros quos e græco ilatinū a me traductos iã pluris annos habes apud te hospites: cū uir patrici⁹ Bernardus Iustinian⁹ Leonardi filii⁹ a te petierit: illi p me restituas. Vale ex Mediolano. iij. idus. Maias. M. cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus Malatestæ nouello sal.

f Ituus iste familiaris nūcius rediisset ad te celeri⁹: dedissem ei Galbæ atq; Othonis uitas: ita manu mea scriptas: ut ex græca lingua conuerteram. Sed ubi diutius eū nusq; uideo: ob idq; existimarē rediisse ad te quasi nunciū cōstitutæ pacis: librario eiusmodi meū exemplū tradidi exscribēdū: quo ij libelli oratione litterarū figura ad te irent. Hos igit coram propediē filius Xenophon tibi reddet: Nōdum enim exscripti erant omnino. Vale Ex Mediolano. iij. idus Maias. M. cccc. Liiij.

Franciscus Philelfus Nicolao cebæ sal.

g Abriel uir religiosus idemq; disert⁹ qui modo istinc Mediolanum petiit: fecit me certiorē te nescio quo modo ex cruce laborare: mirari præterea q; nihil tibi ad ea respōderim: quæ de re uxoria ad me scripseras. Vtrūq; sane dolui: & q; tibi crus molestiam attulerit: & q; binæ meæ litteræ tibi redditæ min⁹ fuerit: Nã harū ego alteras publico mercatorū tabellario: alteras Leonardo scribæ uestri principis ad te dederam. Ne igit eadem sæpius repetam: illarū litterarū exempla cum bis una ad te misi. Tu uale: & crus q; diligentissime cura. Ad hæc siquid habes de Turcis: ad me pscribe. Ex Mediolano. iij idus Maias. M. cccc. liiij.